

quod dicitur privilegium Fori, quo eximuntur Clerici a jurisdictione seculari...

clesiæ non interviat, gaudeat privilegio Fori. Itã prælaudatus Theologus cum pluribus aliis, Observant 2. Theologi circa has particulas...

Circa verò prærens Trid. Decretum observandum est 1. quòd sub disjunctione dicat...

Quantum ad Clericos conjugatos definit Trid. eodem c. 6. quòd, si cum unicus & Virginitas contraxerint...

DISSERTATIO II.

DE MATERIA, ET FORMA SINGULORUM ORDINUM.

ARTICULUS I.

Qua sit materia & forma Presbyteratus?

Ritus ordinandi Presbyterum in Ecclesia Latina hic est. 1. Episcopus nihil dicendo imponit ambo manus super caput ordinandi...

torum, & impositionem manuum, & duplicem formam partialem, scilicet verba cuilibet materie correspondentia...

Omnia quorundam opinionem, qui volentes has diversas sententias conciliare, putant in impositione manuum contineri...

Dico 1. Materia & forma essentialis Presbyteratus apud Latinos est calicis cum vino, & patenæ cum pane traditio...

2. Hæc Synodus desumpit ex Angelico Doctore Operculo 5. cuius sunt verba eadem...

3. Nihil est in toto ritu Latino, per quod expressius significetur potestas spiritualis Sacerdotum...

4. An-

4. Antè instrumentorum porrectionem & hæc verba Accipe potestatem, &c. cantatur Veni, Creator, & Candidati vocantur Ordinandi...

Prob. 2. pars de impositione manuum. 1. Ex Concilio Carthage. 4. can. 3. ex constanti & perpetuo usu Ecclesie Græcæ, & Latinæ...

2. Nihil habemus, quo probemus ex Scripturis contra hæreticos Ordinem esse Sacramentum, quàm impositionem manuum...

Prob. & simul explicatur tota conclusio. Duplex potestas confertur Sacerdoti in sua Ordinatione: una in corpus Christi verum ad illud consecrandum...

Dico 2. Materia & forma Presbyteratus apud Græcos est sola impositio manuum cum his verbis: Divina gratia, &c.

Solvuntur objectiones.

OBJ. 1. Contra porrectionem instrumentorum. Materia essentialis Sacramenti Ordinis debet esse eadem ubique & omni tempore...

instituise materiam hujus Sacramenti determinando in specie, hanc vel illam rem esse materiam; sed determinando tantum in genere...

Quidam paulò aliter explicant, & dicunt, Christum reverà instituisse pro materia & forma hujus Sacramenti porrectionem instrumentorum...

Inst. contra 1. Responsum, quæ est communior. Ecclesia non potest mutare materiam Sacramentorum, aliàs mutaret eorum substantiam...

Inferes: ergo pari ratione Sacerdos Latinus invalidè consecraret in fermentato, & Sacerdos Græcus in azymo, quod non admittitur...

Repones. Dum Christus ordinavit Apostolos Sacerdotes, usus est determinata materia & determinata forma: ergo non relinquit determinandam ab Ecclesia...

Obj. 2. contra impositionem manuum. Concilium Florentinè assignans materiam hujus Sacramenti in Decreto instructionis Armenorum...

